ELENCHVS
OMNIVM AVCTO-RVM SIVE SCRIPTO-RVM, QVI IN IVRE TAM CIVILI QVAM CANONICO VEL COMMENTANDO,

vel quibuſcunque modis explicando & illuſtrando ad noſtram ætatem vſque claruerunt, NOMINA ET MONVMENTA, partim in lucem antehac prolata, partim in Bibliothecis paſſim adhuc abdita, complectens.

INITIO QVIDEM A CLARISSIMIS NOSTRI SECVLI IVRIS *conſultis, D. Ioanne Neuizano, Ludouico Gomeſio, Ioanne Fichardo, & Ioanne Bapti-ſta Zileto, ſummo ſtudio ac diligentia collectus: Ante quinquennium autem* IOAN-NIS VVOLFGANGI FREYMONII IN OBERNHAVSEN, I. V. *Doctoris, opera & ſtudio tertia ferè parte auctior in lucem datus, & in iuſtum atque concinnum ordinem digeſtus. Iam verò denuò multorum acceſsione locupletatus.*

Recenſentur in fine omnium Authorum nomina, ordine Alphabetico.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareo.

Francofurti ad Mœnum, M. D. LXXIX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CLARISSIMO VIRO, VIRTVTE, ERVDITIONE ATQVE PRVDENTIA PRAESTANTI, D. IOANNI FICHARDO, I. V. DOCTORI CONSVLTISSIMO, AMPLISſimæq; Reipublicæ Francofurdianæ ad Mœnum Aduocato & Syndico fideliſſ. Domino ſuo apprimè colendo

S. D.

CIRCVMSPICIENTI *mihi*, VIR CLARISSIME, *quemnã in laboris & qualiſcunq; opellæ meæ in reſtaurando librorum Iuris Indice ſuſceptæ patrocinium aduocarem, diu multumq́; deliberanti: etſi inter primæ claſſis patronos & amicos meos non deerant, pro quorum in me fauore ſtudioq́; haud vulgari, publicum viciſſim gratitudinis & obſeruantiæ meæ teſtimonium primo quoque tempore extare cupiebam: Qui tamen te vno in huius Opuſculi poſſeſſione non tam adipiſcenda quàm retinenda, vel recuperanda potius, vrgentioribus Iuris & æquitatis præſidijs niteretur, neminem ex illorum numero ne nunc quidẽ inuenire licuit. Vt enim inſignem illam beneuolentiam & humanitatem tuã omnibus, tum literatis, tum literarum ſtudioſis paſſim obuiam, erga me verò iam menſibus aliquot, quibus in abſoluenda Symphonia mea Iuris vtriuſq; Chronologica Francofurti ſubſtiti, propè ſingularem, pluribus hîc non referam: Vtq́; taceam, quòd tua autoritate fretus, tuo conſilio adductus, librisq́; ex inſtructiſſima Bibliotheca tua affatim ſuppeditatis inſtructus, penſum hoc meum abſoluerim: quis eſt inter Iuris noſtri ſectatores, quem lateat, te apud Germanos extitiſſe primũ, qui Scriptorum Iuris Catalogum, à præclari nominis Iureconſultis Ioanne Nevizano, & Ludouico Gomeſio iam antè collectũ & auctũ, tũ acceſſione nõ exigua locupletaueris, tũ elegantiſſima Periochе, recentiorum Iureconſultorum vitas complectente auxeris. Quanquam autem ſubſecuta priorem illam tuam editionem (quæ in annum, ni fallor, à nato Chriſto M.D.XXXIX. incidit) grauiores ſtudiorum & Reipub. curæ ad maiorem nominis gloriã, & hoc*

INDEX PRIMVS SCRIPTORVM A VETERIBVS IVRECONSVLTIS EDITORVM, TRIPLICI ORDINE CONGESTVS: QVOrum primo libri Prudentum, ſecundum diuerſas materias collecti, recenſentur: Secundus ſcripta eorundem, iuxta diſpoſitionem in Indice, Pandectis Florentinis præfixo, obſeruatam, continet: Poſtremus Alphabetica ſerie, ex quibus prædictorum Iureconſultorum libris Pandectæ Iuris Ciuilis concinnatæ ſint, oſtendit.

INDICIS PRIMI DISPOSITIO I. IVXTA LIBRORVM *materias compoſita, & à clariſs. Iureconſulto, Domino Ioanne Fichardo iam olim edita.*

DIGESTORVM LIB.

SALVIVS IVLIANUS ſcripſit Digeſtorum libros XCIX.

Alfenus Varus lib. XL.

P. Iubentius Celſus lib. XXXIX.

Vlpius Marcellus XXXI.

Cerbidius Scæuola lib. XL.

Aufidius Namuſa VIII. Auditorum Sulpitij omnes libros digeſsit in CXL. lib. L. 2. ff. de orig. iu.

PANDECTARVM.

Domitij Vlpiani πανδέκτων. X.

Herennij Modeſtini πανδέκτων libros XII.

IVRIS CIVILIS.

Sabini Iuris Ciuilis lib. III.

Aemilij Papiniani ἀσυνομικῶν I.

Hermogeniani ἐπιτομῶν Iuris libros VI.

Quinti Mutij lib. XVIII.

INSTITVTIONVM.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM APVD MARTINVM LECHLERVM, IMPENSIS SIGISMVNDI CAROLI FEYRABENDI.

M. D. LXXIX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA